 et aliqua alicui non. Respondetur per duas distinctiones.
 Prima. duplex est forma: quedam est forma habenda
 que non dicitur in materia: sed est in potentia ut sit in mate-
 ria. Alia est forma habitata que actualiter est in ma-
 teria: et tunc dicitur quod privatio opponitur forme habende.
 Nam privatio opponitur illi forme qua mate-
 ria dicitur privata: non dicitur privata nisi for-
 ma quam non habet et quam nata est habere: ideo sequi-
 tur quod privatio non opponitur forme habite in ma-
 teria: quia tali forma non privatur materia: sed forme

habende. Secundo distinctio. triplex potest esse muta-
 tio substantialis. quedam est acquisitiva tantum: et illa per
 quam aliquid positivum acquiritur: nullo positivum de per-
 to. Alia est de privatione tantum et est illa per quam aliquid posi-
 tivum deperdit: nullo positivum acquisito. Alia est ac-
 quisitiva et deprivativa simul. et est illa per quam aliquid posi-
 tivum acquiritur: aliquid positivum deperdit: et talis dicitur ha-
 betur et generationibus naturalibus. Et adverte quod in quibus
 licet mutatione substantialis sunt duo termini: scilicet
 terminus a quo et terminus ad quem. Sed illud quod per aliquam
 mutationem acquiritur dicitur terminus ad quem: et illud quod
 in tali mutatione deperdit dicitur terminus a quo. Et
 ex istis partibus non quilibet privatio contrariatur cuius for-
 me. quia aliqua privatio et aliqua forma possunt esse si-
 mul in eodem subiecto: imo privatio solis contrariatur
 forme cuius est privatio.

Sciendum est tertio quod circa hunc textum in-
 cidunt aliquid difficultates. Prima quod est salvabile
 quod aliqui antiqui posuerunt tamen vni principium: et eorum
 hoc posuerunt principia contraria. Respondetur quod
 ponentes tamen principia dicitur tamen vni esse ens secundum
 veritatem: et plura secundum apparentiam: quod quidem appa-
 rentiam vocat modum entis. ideo in tali pluralitate
 apparentiarum ponitur contrarietas inter principia rerum
 naturalium. Sed difficultates: quod est salvabile quod
 ex contrario fiat contrarium: cum principia que sunt finalia
 non fiant ex alterutris. Respondetur quod aliquid fieri ex ali-
 quo potest intelligi multipliciter: secundum quod ex potest capi
 multiplicitate: uno modo ut ly ex denotat causam efficien-
 tem. s. agens. Et sic dico quod esse quod fit: fit ex ali-
 quo tanquam ex causa efficiente: quia nihil est quod ex seipso
 producat. Alio modo ly ex potest denotare terminum
 a quo diffinita a subiecto: quemadmodum dicitur quod ex
 aere fit aqua. et sic dico quod vni contrarium bene fit ex ali-
 quo tanquam ex termino a quo. et mutatio qua acquiritur
 terminum contrarium. puta album habet pro termino
 a quo: nigrum. et sic color medius potest fieri ex
 extremis coloribus tanquam ex terminis. et in mutati-
 one qua acquiritur aliquid color medius non ex extremis
 coloribus potest esse terminus a quo: id est illud a quo in-
 cipit talis mutatio. Dico etiam quod principia isto mo-
 do sunt ex alterutris. ut forma ex privatione tan-
 quam ex termino a quo: unde quando acquiritur forma
 aque de nouo. mutatio qua acquiritur habet pro termino
 a quo privationem illius forme. Et ex quo patet quod non
 oportet terminum a quo mutationis esse semper aliquid
 positivum: sed sufficit quod sit aliquid privatum seu aliquid
 negatio. Tertio modo potest denotare partem integrale seu
 essentialis. et isto modo vni contrarium non fit ex alio. nec
 medij colores sunt ex extremis. nec vni principium
 fit ex alio: cum nulli illorum sit pars integrale alteri.
 Quarto modo potest denotare subiectum in quo vel ex quo
 fit illud quod fit. Et sic dico quod aristoteles dixisset quod
 quod fit: fit ex aliquo tanquam ex subiecto. id est esse quod
 fit presupponit subiectum. et hoc capiendum subiectum
 large ut se extendat ad materiam. Nam si enim esse quod
 fit vel est accidens: vel forma substantialis. vel totum cor-
 positum. si accidens. tunc presupponit subiectum. quia accidens
 naturale non potest produci: aliquid accidens non sub-
 iecto presupposito. si totum positum tunc presupponit ma-
 teriam tanquam partem essentialis eius. si forma substan-

... quod fit vel est accidens vel forma substantialis vel totum compositum

hic presupponit etiam materia. et sic dicebat qd de quod
 fit: fit ex alio tanq ex subiecto supple. qd non est aliud
 q subiectu presupponere. et etiam illo mo qm principiu
 bene fit ex alio: vt forma ex materia. Et si qd dicat qd
 ex aere fit aqua: aqua no fit ex aere tanq ex subie-
 ctore: cu subiectum debeat manere. sz aer non manet
 dico q licet aer non maneat: tñ aliquid qd erat in
 illo puta materia manet. quod si non esset: nunq ex
 aere fieret aqua: neq ex semine fructus.

Sciendū est quarto q ad huc incidit aliq
 difficultates. Prima ē quomō pbi cōcesserunt illā
 ppositionem pura. oīne. qd fit: fit ex aliquo tanq ex
 subiecto. cū de oībus non poterit facere inductio
 nem. Respondeo q illud est vni principiu in pbia
 naturali: et cognoscit p inductionē et experientiam
 Et dico q ad cognoscendū talia principia nō opor-
 tet facere inductionē in oībus: sed sufficit in aliq-
 bus: et q nō appareat instantia. et oppositū in alijs
 vt ad asserendum ista: oīs ignis est calid⁹. nō opor-
 tet facere inductionem in oībus: sz sufficit in aliq-
 bus. et q nō appareat instantia in alijs. ¶ Secūda dif-
 ficultas quomō differit a semine gñatio et creatio
 Nō dico q gñatio simpliciter dicitur a mutatio: qua
 de potentia in materiam pducit in malitate noua substā-
 tia. sz creatio ē mutatio qua incipit ē simpliciter
 noua substantia sine hoc q fiat de potentia materie.
 Ex quo sequit q gñatio et creatio dupliciter differ-
 runt. Primo qz gñatio presupponit subiectū: et creatio
 nō. Secūdo qz in gñatione generat⁹ p prius natura-
 liter attingit materia q forma quā producit. qz pdu-
 cit ipam solū de potentia materie. ppter oppositum
 in creatione. qz licet forma q creat fiat in subiecto:
 tñ nō fit de potentia subiecti. qz creans non prius
 attingit materiam q formā. Ex quo patet quid sit
 forma de potentia materie producta. est enī producta
 ab agente de potentia subiecti: q illa forma de-
 pēdat ab illo subiecto: sic quod non possit esse sine sub-
 iecto. ¶ Tertia difficultas quomō ē saluabile q ex
 albo fiat nigrū p accidens: et nō p se. cū tñ album
 et nigrū possint eidē cōuenire et p codez supponere.
 Respondeo hēc venter q ad hoc q aliquid fiat ex alio
 p se: due cōditiones requirūtur. Prima q successiue
 terin⁹ a quo et terin⁹ ad quē: possint eidē cōue-
 nire. Secūda q nō possint eidē cōuenire simul. ppter
 primū dicit q non ex quocunq non albo per se fit
 nigrū. qz ex deo p se non fit nigrū. qz nihil potest ēē
 successiue deus et nigrū. ppter scdm dicit pbs: quod
 ex multo non fit p se album. qz idē potest simul ēē
 album et nigrū. Et hęc de primo articulo.

Quantum ad secundum dubitatur primo
 vtrū cuiuslibet entis naturalis tñ sint tria principia:
 scz materia forma et priuatio. p̄o cui⁹ solutione
 patet alique distinctiones. p̄o: materia duplex est prin-
 cipiu rei naturalis: qd a et intrinsecum qz ingredi-
 tur in trinitate et constituit de⁹ cōpositū. sicut ē matia
 et forma. Aliud est extrinsecū qd nō est de intrinseca
 cōpositione entis naturalis. sicut est cā efficiēs et fi-
 nal. et de ist⁹ extrinsecas nō loqit aristoteles. ¶ Secūda
 distinctio. res naturalis quadrupliciter accipitur.
 Primo mo p̄prie: pro re cōposita ex matia et forma.

Secūdo p ipa materia et forma. Tertio p qualitate cō-
 sequēte aliqz istoz: vt aliquid istoz cōuenire. Quar-
 to p operatione naturali aliquoz istoz: vt motus et
 res naturalis. Tertia distinctio. hęc p̄positio: idē
 sunt tria principia rerū naturalium: potest ēē d sub-
 iecto exclusio: sic est vera. vel potest ēē exclusio: et
 hoc dupliciter. qz vel pōt exponi gratia pluralitatis:
 et sic concedit vā ad bonū sensum. puta q tria sunt
 principia rez naturalium distincta sz rationes suas
 principiandi. vnde ratio principiandi materie: ē prin-
 cipiare p modū subiecti. et ratio principiandi forme ē prin-
 cipiare p modū informātis. sz p̄uatiōis per modū
 termini et abiectiōis: ideo sic exponit ista sunt prin-
 cipia rez naturalium: et nō sunt plura: supple distincta
 specie sz rōes principiandi: alio mo exponit gratia
 alteritatis. et sic est falsa. ¶ Et si quis dicat: priuatio
 est nō ens: q non est rei generit. Dico scdo q illud quod
 est nō ens: bene nō ens: nō nō potest esse principiu
 rei generit quo ad esse: sz bene quo ad fieri. qz nūq
 gñaret res naturalis: nisi materia prius natura pri-
 uaret forma ill⁹ rei generit. Dico scdo q illud quod
 est nō ens: bene potest ēē principiu in ratione prin-
 cipandi: sz non in ratione causandi. ideo ille prin-
 tiō sit principiu: nō tñ est causa. ¶ Et si qd itez dicat
 infinite partes sunt materie rei naturalis: quēz ē
 principiu rei naturalis. Dico q qlibz pars materie est
 principiu ptiale: et ex illis fit principiu totale. Et si
 quis itez dicat: quolibz atato sunt duplices fofe
 alterius rationis. scilicet anima et forma corporeitatis: q
 Respondeo concedendo antecedens et negando cō-
 sequentiam: quia ibi accipiuntur in genere: et non
 in specie vel in numero.

Dubitatur secundo vtrum celum sit ens
 naturale et phisicū: et vtrū accidentia sint cōposita
 ex materia et forma. p̄o solutione prime partis
 supponitur quod philosphus habet istam maxi-
 mam: materia est qua res potest esse et non esse. Ex
 quo inferit q nā celum non habeat talem potentia
 ad esse et non esse: que est potentia contradictionis:
 q celum nō habet materia: et p̄o dicit q celum
 nō est nec gñabile nec corruptibile. et p̄o dicit
 q celū nō est ens naturale et phisicū. ¶ Et si qd argu-
 at: celū mouet: q habet materia. p̄o p̄a p̄ cū scdo
 methaphisice: vbi dicit q oē qd mouetur necesse est
 habere materia. Nō dicit aristoteles q illud itelligit-
 tur de illo qd mouet motu gñatiōis et corruptiōis:
 et non motu locali. modo celus solū mouetur motu
 locali. ¶ Alter tñ dicit fm scorum: distinctio. et hū
 scdm celum est cōpositū ex materia et forma: et q
 illa materia ē eiusdem rōis cū materia generabiliū
 et corruptibiliū. ¶ Et quo inferit q nō est necessariū
 nec incorruptibile: imo q̄tus est ex natura sua ē cor-
 ruptibile. et q est vtrū ens naturale. Et si quis dicat
 quare ergo nō corrupti: cū habeat matia q ē prin-
 cipiu quo res potest nō esse: Nō dicit q rō ē qz forma
 celi nō habet cōtrariū naturāle potens vincere eaz:
 ideo nō potest corrupti ab agente naturali. ¶ Et si qd
 dicat vtrū celi possit cōuertere ignē in celi: et affare
 celi in igne. sicut ignis ex aere potest gñare ignem
 ¶ Nō dicit q non qz celus nō potest alterare elemē-
 tum ad qualitates cōuenientes tali corpori celesti.

res natū quadrupl
 accipitur.

q̄ sūt plā p̄nā p̄ qz

vtrū celi habet mater

etiam forma celli tñi ñat supra materiam suã: q̄ non potest recipere peregrinas impressiones: puta quali tates alteratiuas: neq; per ñis corrupti. Ad secundã ptem dicit: q̄ nullũ accidens est qd̄ sit ex matia et forma compositũ. ¶ Et si q̄s dicat. accidentia generant & corruunt. q̄ componuntur ex materia & forma: cñ omẽ gñabile corruibile cõponat ex materia & forma. Respondet q̄ accidentia nõ corruunt neq; generant: nisi fm̄ quidã capiẽdo generari & corru pi large: p̄ illo qd̄ de nouo incipit esse: vel p̄ illo qd̄ de nouo desinit eẽ. ¶ Dico etiã q̄ nõ oportet omne gñabile componi ex materia & forma. quia ipamet forma generatur: cñ sit terminus generationis: et tñ nõ componitur ex materia & forma.

Dubitarũ tertio vtrũ aristoteles posuerit celũ & elemẽta eẽ eodẽ modo incorruptibilia: et vtrũ sit nec esse p̄icipia manere sp̄. ¶ Pro solutiõẽ p̄icẽ partis est aduertendũ: q̄ elemẽta fm̄ p̄hĩ sũt s̄z se tota incorruptibilia. vñ numq̄ posuisset q̄ vñs totale elemẽti eẽ corruibile. qz tũc periret tota machina. posuit tñ q̄ elemẽtus potest corruipi fm̄ suas partes. et posuit quod elemẽtus habet materiam: ideo habet in se p̄incipium quo potest non esse: et quo potest esse: tamen secundum se totũ nõq̄ corruuntur. licet tamen non sit ratio formalis in corruibilitatis in toto sicut nec in parte: tamen nulla eẽ causa naturalis corruptiua totius elemẽti: id d̄ fm̄ se totũ incorruptibile. s̄z celũ d̄ incorruptibile fm̄ eũ. qz caret principio intrinseco corruptõis: puta materia: que est p̄icipiũ intrinsecum q̄ res potest nõ esse. ideo dicitur eũ nõ habere p̄icipiũ sue corruptionis nec intrinsecũ nec extrinsecũ. s̄z elemẽti q̄ habet bene p̄incipium intrinsecũ sue corruptionis: sed nõ extrinsecum. ¶ Ad scõdaz partem dicitur q̄ duplicia sunt p̄icipia rei naturalis. quedã sunt quo ad esse: sicut materia & forma: & de talibus loquitur aristoteles i tertiũ. aliã eẽ quo ad fieri: sicut est p̄uatio. & de isto non in te llerit aristoteles: cuz tale abiciãt in generatione. ¶ Dicitur scõdõ q̄ ista de rigore sermonis est cõcedẽda: semp manent p̄icipia rei naturalis. cñ ly p̄icipia supponat cõfusa tantũ. ista est negandã: p̄icipia rei naturalis semp manent. Aduerte tamen q̄ ly semp aliquãdo accipitur p̄ eternũ: sic nulla illarũ est cõcedendã: licet tñ aristoteles primã cõcederet & forte scõdaz. Et hec de secundo articulo.

Quantũ ad tertiu sit cõclusio responsalis. Principia rerũ naturalium sunt contraria: vt p̄z in primo articulo. ¶ Ad rõnes. ad primã: scõdam et tertiam patent solutiones. ¶ Ad quartã dicitur quod p̄icipia intrinseca que sunt p̄icipia quo ad esse: sicut materia et forma: debent manere in p̄incipiato: non tamen oportet p̄incipium quod solum esse p̄icipium quo ad fieri: sicut est p̄uatio manere i p̄icipiato. ¶ Ad quintã dicitur quod nõ oportet p̄icipiũ simpliciter esse primum: sed sufficit quod sit primum in suo genere: vel quod sit primum respectu illius cuius est p̄incipiũ.

¶ Sequitur textus.

Ic igitur nos dicamus primũ de oĩ generatione agrediẽtes. eẽ ei scõcũdũ naturã cõia p̄i? dicere: & sic circa vñũ quodq; p̄icipia speculari dicim? eũz fieri ex alio aliud: & ex altero alter: aut simplicia dicentes aut composita.

Istud est tertiu capitulum in quo philosophus postea deteriat bit de generatione diũ: r̄oꝝ corpõꝝ naturaliu. Et primo ad sciendũ differentia matie & p̄uatiõis. ¶ Supponit primo q̄ cñ aliquid sit ex alio vñ alter. q̄ ex alio. q̄is terin? a quo & terin? ad quẽ sunt simplices: vt dicẽdo homo fit musicus. vt dicẽdo imusicũ fit musicũ. q̄is x̄o ambo sunt cõpositi. vt dicẽdo homo imusicũ fit homo musicus: q̄is x̄o vnus est simplex & alter cõpositus. vt dicẽdo hõ imusicũ fit musicus. ¶ Et x̄o quod infert q̄ fieri aliquid attribuit subiecto. & aliquãdo opposito: & dicit q̄ duplex est orã inã subm et oppositi. p̄ia qz oppositi. vtur duobus mõis loquidi. dicitur eũ q̄ hoc fit hoc: & q̄ ex hoc fit hoc: vt q̄ imusicũ fit musicũ. & q̄ ex musicũ fit musicũ: s̄z subo vtur tñ vno mõ. vt q̄ hoc fit hoc: & nõ ex hoc fit hoc. dicitur eũ q̄ hõ fit musicus: & nõ vñ amus q̄ ex hoc fit musicus. Scõda orã: qz post ipm fieri subiectum manet: sed nõ manet oppositi. cñ ei hõ est musicus: hõ manet: s̄z tñ imusicũ factũ eẽ musicũ: imusicũ nõ manet. ¶ Cõsequẽter ponit aliq; cõclusiones. P̄ia: materia & p̄uatio sũt vñs nũero: s̄z distinguũt specie: p̄bat tribũ rõnibus. ¶ P̄ia: q̄isq; sunt vñs specie: sunt ead̄ diffinitione: s̄z p̄uatio & matia distinguũt rõne: q̄ nõ sunt eadẽ specie. ¶ Scõda ratio. que sicq; sic se habet q̄ vñs manet alio nõ manet: & distinguuntur rõne: s̄z matia & p̄uatio sũt h̄mõ. p̄z qz cñ ex hoc eẽ imusicũ fit musicus: mutatiõẽ factã p̄manet homo: s̄z nõ permanet musicus: igitur. ¶ Tertia ratio que est a signo: quia p̄uatiõẽ vtur duobus modis loquendi: vt iam q̄ sum est: & materiã vtur tantum vno modo loquendi: s̄ dicitur eũ ex ere fieri statũ: q̄ signũ est q̄ materia & p̄uatio distinguuntur sp̄. ¶ Scõda conclusio. in oĩ trãsmutatiõẽ aliquid subijciãt p̄bat tribus rõnibus. P̄ima. omne qd̄ fit: fit simpliciter vel fm̄ quidã. & vtrõibz subiectũ est p̄ suppositũ. qz in trãsmutatiõẽ accidẽtalĩ requiritur subiectũ: cñ accidẽs nõ possit esse sine subiecto. ¶ Similr i trãsmutatiõẽ substãtialĩ res naturalis nõ põt fieri naturalĩ nisi subiecto p̄supposito. Scõdo p̄bat inductiue. qz i illis q̄ sũt p̄ trãfiguratiõẽz vt statũ ex ere. ibi es erat p̄suppositũ. etiãz in illis que sũnt p̄ appositionem: vt cumulus lapidũ. etiãz i illis que sũt p̄ subtractionem: vt de lapide fit mercurius: & etiã in his que sũt p̄ alterationẽ: in quib; semp aliquid subijciãt. igitur. Ex quo infert q̄ cuiuslibet rei naturalis seu trãsmutatiõis naturalis sunt tria p̄icipia. s. materia: forma: & p̄uatio: qz illa sunt p̄icipia rei naturalis: que necessario concurrunt ad esse: vel fieri rei naturalis: sed ista sunt huiusmodi: igitur. Tertia conclusio. materia & forma sunt p̄icipia p̄ se rerũ naturalis: p̄bat qz illo

phana sit p̄cipia naturalis.

sunt principia p se & nō fm accidēs: qbus res na-
turales pponunt fm suā substantiā. sed vna queq;
res naturalis pponit ex materia i forma: igit. Ex
quo inferretur puiatio de principii p accidēs: cum
ex ipā nō cōponat res naturalis. ¶ Circa textum

quid qd in aliquo priori dicitur de aliquo q̄ aliud:
& sic puiatio nō precessisset. Alio mō puiatio: qz
q̄tum est ex se: infuisset nō fuisset extrinsecū impe-
diens. & sic puiatio precessisset formam natura. Sz
puiatio de cognosato non dicit nisi ipsam materiā
vel subiectum aptum.

Aeritur p̄rio vtruz puiatio sit enti-
tas realiter distincta a materia. ¶ Et af.
p̄rio q̄ nō. qz puiatio ē nō ens: q̄ nō ē enti-
tas realit̄ distincta a materia & forma. Itē si p̄riua-
tio est entitas: ēt suba vel accidēs: sz nullū illoz
videt̄ esse igit. ¶ Secōdo sic. Puiatio nihil est: qz si es-
set aliqd: dōl̄ esset eternū. quod nō est dicendū: qz p̄-
uiatio fm p̄meratorē corrūpitur in aduentū forme:
aut gñabile & corrūptibile: qd̄ non est etiā dicendū.
igitur tē. ¶ Tertio sic af. si puiatio esset aliqd̄ di-
stinctū a materia: tūc recipitur i materia: sz nulla
res est in materia nisi forma: igit. ¶ Quarto sic. si
puiatio est aliqd̄ eñs in materia: distinctū a ma-
teria & forma. seq̄ret̄ q̄ esset p̄cellus in infinitū in
puiationibz. seq̄retur etiā q̄ in materia essent tot
puiationes quot forme quibus p̄uiaret̄ materia.
p̄ria gñā patet qz si puiatio sit aliqd̄ existēs i ma-
teria: distinctū a materia & forma: tūc adueniente
forma: materia p̄uiabit̄ p̄uiatō: cū nō plus hēat
puiationē illā sc̄da p̄ria p̄quia d̄ p̄uiari forma
quā nō habet. ¶ Quinto sic arguit. in materia ē
puiatio circūscripto a materia quocūq; qd̄ nō est
materia: ḡ puiatio est eadē cū materia. añs p̄: qz
circūscripto a materia oīe qd̄ nō ē materia: adhuc
materia caret forma: & p̄ gñs est p̄uiata forma: igit.
¶ In oppositū arguit auctoritate p̄bi in textu. Itā
dicit q̄ materia manet vbi nō manet puiatio. In
questione sicut in ceteris sunt tres articuli.

Sciendū est secundo q̄ fm mentē scoti di-
stinctione. xxviii. i. q. i. negatio in genere & puiatio
cōiter capta p̄ illo q̄ caret aliquo qd̄ tñ fm se nō est
natū habere: sz bñ fm sui genz sunt idē. ¶ Si irrōna-
le fm est vt ibi dicit: est negatio in gñe. qz ad hoc q̄
dicat̄ de aliquo p̄supponit genus. scz aīa: ideo d̄
in gñe. Et irrōnale d̄ puiatio etiā in bono eius
qd̄ natū est haberi in bone fm spēm boni: sed eius
qd̄ natū est haberi in eo fm genus: pura fm aīa: ge-
nus em̄ quasi cōe habitū i puiationi est: illud cui
cōuenit aptitudo ad vtrūq; puta ad habitum & p̄-
uiationem. ¶ Et aduerte q̄ talis puiatio cōiter ca-
pta nō dicit imperfectō: d̄ in illo cuius est puiatio:
qz fm se nō est natū h̄re: sz solū fm genus. Dicit idē
doctor distinctione. xxiiij. primi. q̄ negatio in genere
est q̄ requirit subiectum de quo dicat̄: nō tñ apti-
tudinē ad formā: & talē negationē forte ip̄ortat diuer-
sas: ideo vide quō negatio in gñe p̄t̄ dupl̄ dici.

Sciendū est tertio q̄ vt dicit scorus in quo
libeto q. xvij. p̄uiationes distinguuntur adinuicē
suo mō. i. p̄uiatiue: sicut habitus quibus opponun-
tur. ita q̄ si habitus seu forme qbus opponuntur di-
stinguant̄ spēs: ita ille p̄uiatiōes distinguuntur spe-
cie. & si numero: numero. P̄uiatiōes em̄ distinguū-
tur: sicut habitus nati sunt distinguui si essent: vt pu-
ta surditas & cecitas suo mō vtrū spē p̄uiatiue: sicut
audit̄ & visus spē possitiue. & hec cecitas & illa vtrū
numero p̄uiatiue: sicut hic visus & ille numero po-
sitiue. ¶ Ex istis sequit̄ q̄ in p̄uiationibus inueni-
untur species & indiuidua & gñā suo modo: sicut in
possitiuis. Itā tñ ymaginor q̄ spēs in ipsis p̄uiatio-
nibz vel indiuidua dicant̄ mihi aliquē cōceptum po-
sitiuum seu aliquā realitatē postitiuā. vnde surdita-
tē cecitatem esse species p̄uiatiue: non est aliud q̄
opponit p̄uiatiue aliquibz habitibz quī specie distin-
guuntur & istud est multū vtile ad cognoscēdū gra-
uitatem & leuitatē peccator: & distinctionē peccator:
cū peccatum nō sit nisi carētiā vel p̄uiatio alicuius
reclititudinis que debet̄ tēse actui: ideo si velimus
videre si peccati sit malū: videamus q̄tū est bonus
eius habitus vel reclitudo cui opponit̄. Sed istud
est altioris intelligentie.

notabile multū vtile a
cognoscendū grauitate
seu leuitate peccati.

Sciendum est quarto q̄ circa tērtium inci-
dit vna difficultas: vtrū p̄uiatiōes eodē modo op-
ponunt̄ sicut habitus seu forme quibus opponunt̄.
Et videtur q̄ sic: cum eodem modo distinguuntur.
Sed in oppositū arguitur: qz in materia sunt tot
p̄uiationes quot sunt forme habende in illa mate-
ria. sed tales forme non possunt simul esse in eadē
materia: & tamen ille p̄uiationes simul insunt igit.
¶ P̄rio responsione supponitur fm scotum distin-
ctione. xij. secundi questionē secunda: in solutiōe ter

Quātū ad primū sciendū est p̄rio: q̄ preter
illa que dicta sunt de p̄uiatione: dicit̄ q̄ p̄uiatio
non est aliud q̄ negatio in subiecto apto nato: ita
q̄ p̄uiatio de significato formali nō dicit nisi pu-
rā negationē: s̄ connotat tñ subiectū aptū natum ad
formā cuius est p̄uiatio. ita q̄ nihil addit p̄uiua-
tio vltra negationē nisi q̄ redit̄ subiectū aptū in
quo sit. ¶ Et si qd̄ querat vtrū p̄uiatio p̄ter intel-
lectū sit i materia: Respōdet̄ q̄ de principali signi-
ficato p̄uiatio seclusa quocūq; opatione intellec-
tus ē i materia. nō sic videt̄ q̄ ipā sit quasi aliq̄ res
inherēs materie. sz solū negatiue. i. dicit negationē
alicui⁹ forme in materia. & denotiatiue p̄dicatur de
materia: it̄ ista p̄uiatio forme i materia natura p̄-
cedit formā cui⁹ est p̄uiatio. qz illud qd̄ cōuenit a
licui ex se p̄cedit illud qd̄ p̄c̄it illi solū p̄ extrinsecū:
sz p̄uiatio p̄c̄it̄ mat̄ie ex seq̄ mat̄ia q̄tū ē ex se
sz p̄uiata forma: nisi agēs p̄duceret̄ i ea talē formā:
ideo p̄uiatio p̄cedit formā: s̄bato em̄ q̄ mūd⁹ fuisse
ab eterno ad huc p̄uiatio fose in materia p̄cederet
illā formā: qz q̄tū erat de se remansisset sine forma.
nisi agēs p̄duxisset in materia talē formā. ¶ Et si
qd̄ dicat̄ mūdus fuisse ab eterno nōq̄ fuisse: ve-
rū dicere q̄ materia fuisse p̄uiata: ḡ p̄uiatio nō
precessisset formam. Dico q̄ aliqd̄ dicitur prius
natura alio dupliciter: p̄mo modo possitiue: qz est ali

tu argumenti: q nulle priuationes sunt opposite i eodem nisi sint priuationes formarum opposita- rum immediatarum circa idē de necessitate sequenti- r si sic sint tunc ille priuationes sunt incōpossibiles i eodē. sicut sunt priuationes quorū immediatarū vt sanitatis r egritudinis. r quia nulle forme sic sunt immediate circa materia q necessario se cōsequant: ideo nulle priuationes in materia sunt opposite. Sz respectu agentis naturalis aliq̄e possūt eē immedi- ate: qz agens naturale nō potest tollere vnū opposi- tū nisi ponendo reliquū pura frigiditatez ab aqua nisi ponēdo caliditate. ideo licet corripat frigiditatez aq̄ nō tñ hoc p̄io irēdit: sed irēdit causare ca- liditatem. sed quia hoc nō potest nisi corripat frigi- ditatem. ideo per accidens dicitur eam corripere. Et dicit q agens naturale non agit nisi in quā- to. r p̄sequis immediate nō potest attingere ad nu- dam essentia materie. Et hec de primo articulo.

Quantū ad secundū dubitatur p̄io vtrū priuatio sit aliqd̄. i. vtrū dicat aliquā entitate post- tinā. Et videt q sic: qz illud quod a sensu percipit dicit aliquā entitate posttinā: sz priuatio percipit a sensu. nā tenebra q̄ nō est nisi carētia luminis/a visu percipit. Et tētinā mutatio realis dicit aliquā entitate posttinā absolutā. sed priuatio est tētinā gñatiois q̄ est vera mutatio realis: qz. Et tētinā al- quod percipit ens posttinū: r tñ percipit nō ē nisi priua- tio: qz priuatio ē ens posttinū. Et tētinā illud de q̄ pot- xē dicit istō x̄b̄ est: scdm̄ adiacēs ē vere aliqd̄ post- tinū: sz de priuatioe p̄vere dicit q̄ scdm̄ adiacēs: sz. minor p̄xq̄ ista p̄cedit cecitas est: tenebre sunt igit̄. Et p̄io solutioe supponit qz duplex ē priuatio: q̄ daz est p̄fecta a qua nō potest naturaliter fieri regres- sus. sicut est cecitas q̄ negat visus r dispositionē ad vidē: h̄c alia ē imp̄fecta q̄ solū negat formā r nō di- spositionē ad illā posttinā. sicut est quies: et a tali pōt bene fieri regressus naturalit̄. Et supponit vl- terius q priuatio de principali significato nō dicit a liquā entitate posttinā: quia cuiuslibet entitati post- tinę potentat recipi sic in subiecto ē priuatio opposi- ta: sz priuatio diceret aliquā entitate posttinā: cū ipsa sit i materia: sequeret q tali priuationi eēt pri- uatio opposita. r iterū posset queri de illa sic esset p̄cessus in infinitū. Et x̄io potest cōcludit̄ qz priua- uatio nullo modo accepta est causa: qz oīs causa de- bēt dicere aliquā entitate posttinā: sed priuatio nō est h̄mō: igit̄. Et supponitur vltterius q priuatio i generatione p̄supponitur p̄ modū originis p̄ se primo. ideo priuatio est principii per se fieri. vt ly p̄ se opponit ei qd̄ est p̄ accūs. dicit etiā q omne qd̄ per se gñat̄ p̄ se p̄trario gñatur: scz ex priuatione. iō priuatio ē p̄ se termin⁹ gñationis. Et supponit vl- terius q priuatio alio mō potest accipi p̄ cognota- to: r sic cognosat subiectū in aptitudine ad formas: r sic dico q priuatio h̄c est ens posttinū r dicit enti- tate posttinā vt cecitas de cognosato importat ocu- los cū aptitudine ad videndū. Tūc respōdet ad rō- nes. Et ad primā dicit q priuatio h̄c per accidēs per- titur a sensu sicut tenebre. r hoc p̄ suū habitū vel spēs sui habitus. r de hoc satis videbim⁹ in libris de aia. Et ad scdmā dicit q nō oportet tētinā a q̄ gñā-

tionis eē aliqd̄ posttinū. Dico etiā q gñatio p̄t dicit mutatio realis dupl̄r. vno mō qz tētinā sūt entia post- tinā. r sic nō est mutatio realis: cū tētinā a quo sic pura priuatio. Alio mō qz est ad tētinā posttinā. et sic dicit dicit mutatio realis. Et ad tētinā dicit q peccatū nihil posttinū dicit̄ sic pura priuatio rectitudis que o3 inesse actui. Ad aliā dicit aliqui q ad hoc q illud verbū ē p̄dicet de aliquo nō o3 q illud dicit aliquā entitate posttinā: sed sufficit q dicat aliqd̄ priuatiū. Et si qd̄ dicat dicit in tali p̄pōe sicut in ista cecitas est. subiectū p̄ nullo supponit cū priua- tio de significato formalit̄ dicitur nisi negationē forme. Et respōdetur p̄formiter: q nō o3 qz subie- ctū supponit p̄ aliquo posttinū. sed sufficit q sup- ponat p̄ aliquo priuatiū. Aliqui dicunt aliter q priuatio vt cecitas: r alij tētinā priuatiū sūt tētinā cog- natiū tā in p̄creto q̄ in abstracto. ideo supponit p̄ illis cognosato: r nō p̄ significatiū formalit̄: r qz ce- citas sit tētinā cognosatiū p̄x: qz dicit tētinā et com- munit̄ dicit q priuatio dicit negationē i subo appro- nato r qz de significato principali importat negatio- nē: sed de cognosato importat subie- ctū cū aptitu- dine ad formā: ideo dicit q sunt aliqua cōcreta et abstracta q̄ sūt sinonima r q̄ eodē mō se habent ad cognosato r significata formalia. ideo qd̄ dicit cecitas ē: ibi ly cecitas supponit p̄ oculis cognosato ipos nō habere visum eodem modo sicut cecitas. Et si qd̄ dicat q hoc est p̄tra aristotele in postp̄dicamentis: vbi dicit q priuatio nō est priuati- Et respōdent q aristoteles nō vult negare istā p̄pōnē cecitas est ce- citas: sed vult dicere q cecitas aliter importat de si- gnificato principali r de cognosato.

Dubitatur secūdo vtrū priuatio sit res disti- cta a re priuata sive priuatio forme in materia sit aliqd̄ realiter distinctū a materia. Et dicitur qz solutioe supponit q aliqua dicunt distingui realit̄ dupl̄r. vno mō qz sunt due res reales positine qz vna nō est alia: r sic dico q materia et priuatio nō distinguunt realiter qz priuatio nō est res positina neq̄ ē res: sz priuatio rei. Alio mō aliqua dicūt dis- tingui realiter quā nō potest vere dici de alio. et sic materia r priuatio dicitur distingui realiter ad- iunctem. Itā ista est falsa materia ē priuatio: hoc capiendū priuationē p̄ per se significato r istud p̄- batur quia potest materia esse sine priuatione. Itā adueniente forma in materia priuatio illius for- me abiicit: r tñ materia illius forme manet r non manet illa priuatio: alij tñ tenentes qz priuatio sit res priuata dicit qz priuatio manet sed non manet priuatio: sed istud nō est multū logicē dicit̄ cū istud verbum maneo nō habeat vim facti dē termi- nū appellare suā p̄p̄ā rōnē cum non sit de vniuerso termin⁹ significantiū actū interiorē aie vel opor- teret dicere: q omne verbū h̄ret equalem vim appel- lādī. Et sz in oppositū s̄. puta qz priuatio non di- stinguat a materia qz circūscripto a materia oī co- qd̄ nō ē ipsa adhuc ipsa ē priuata. Itā ponat q a ma- teria separent oīa q̄ nō sūt ipsa: gñatur tunc vel ipsa ē priuata forma vel nō: nō est dicendū q nō: qz nō h̄z formā r nata ē h̄c. Et sic dicit q sic qz priuatio nō est distincta a materia. Et dicitur dicitur q separa-

ut sumi vel egru

duplex est priuatio

et in summis fo. 3. m. solu. a. 2. argumētū in materia vno

ta forma a materia necessario ponit privatio illius
 fore i materia qd impossibile e qd separet aliqua for
 ma a materia quin illa materia careat tali forma.
 Ideo remanente materia forma separata. deus no
 pot facere quia materia sit privata. na ad separationem
 forme ponit necessario privatio. Et si qs dicat
 qd deus ad separationem forme necessario producit
 privationem. dico qd privatio p se significato cuz
 non sit nisi pura negatio non p lucit neqz creatur
 neqz habet causam efficientem que eam producat
 cum nihil sit nisi negatio sed necessario concomita
 tur separationem forme a materia.

Dubatur tertio vtruz ille propositiones
 quas pbs ponit in textu sint vere. Prima difficul
 tas an materia et privatio sint unum numero et dif
 ferentia. ad qua dicitur qd aliqua sunt unum numero du
 plix. uno modo entitativus et realiter quoru entitas uni
 us e entitas alterius. et sic materia et privatio non sunt
 unum numero nisi caperet privatio p cognoscitudo
 est aliqd qd sic capiebatur aristoteles i textu. Alio modo
 aliqua sunt unum numero accidentaliter. quoniam sit di
 cti de alio denotatur et accidit taliter. et sic bene materia
 et privatio e unum numero sicut dicitur dicitur subiecto et accide
 te. Secunda difficultas quomodo intelligit qd materia et
 privatio distinguitur sp. i. rone principii. nam materia pici
 piat per modum subiecti. et privatio principiat p modum
 accidentis et terminat a quo. Tertia difficultas quali
 ter intelligitur qd ex privatione fit aliquid cui i om
 ni factione privatio abijciatur. Quarta
 difficultas vtruz de subiecto vltiter dicat hoc fit hoc
 Pro solutione ponitur duo documenta. primum
 quicquid predicatum pponitur potest precise suppone
 re p subiecto tunc conceditur hoc fit hoc. vt p pona
 regula logicalis. qd a p pde in qua p dicitur illud x b u fit
 al illa in qua p dicitur hoc verbum e vel. erit est bona
 pna vt bene sequitur homo fit ergo ho e vel erit. Si
 militer ho fit muscus. ergo ho est vel erit muscus
 Secundu documentu quicquid p dicitur talis pro
 p dicitur no fit precise supponere p illo p qd supponit
 subiectu s p alio tunc debent dicere ex hoc fit hoc.
 et no hoc fit hoc qd nup de talibus ista e vera hoc e vel
 erit illud. vt dicitur qd ex corpore fit ho. Et ex quo se
 dit qd in oi factioe naturali substantiali debent di
 cere ex hoc fit hoc. Sed i scdo qd in factioe artificia
 lia debent etia dicere ex hoc fit hoc. vt ex ere fit sta
 tua. sed in factione accidentali naturali debent di
 cere hoc fit hoc. vt homo fit muscus. dicimus etia
 aliquid ex hoc fit hoc. vt ex no albo fit albus. dicitur si
 nihil qd ex privatione debemus dicere ex hoc fit hoc
 Et hec de secundo articulo.

Quantum ad tertius sit conclusio respon
 salis privatio no est materia s est realiter distincta a
 ma cui p p hatio satis p r i scdo articulo. Ad rones
 ad prima p r solutio. et ad p rinationem e d r qd privatio
 tio si e neqz substantia neqz accidens s p negatio sbe vt
 accide. Dicitur vltim qd no e generalis neqz cor

ruptibilis p r i scdo solum i p r dicitur capiendo g nari p
 cipere e r r corripit p desinere e e pcedit etia q i ma
 nihil e positum nisi forma. et bene aliqd p r i scdo
 quod no est forma. Et p ista p r dicitur dicendum ad se
 cunda et tertia rones. Ad quarta dicitur primo negando
 prima p r i scdo qd privatio no est entitas positiva: ideo
 materia si p r i scdo privatio e qd quis privatio possit
 ab ea negari. Dicitur et qd in materia sunt tot privationes
 quot sunt forme habede seu forme qd p r i scdo ma
 teria: nec hoc est inconueniens. Ad quinta p r i scdo solutio
 in scdo articulo.

Subiecta autem natura scibilis est
 scdo analogia: sicut ei ad statua es
 aut ad lectulum lignu: aut alio dicitur aliquod
 habentium formam in materia. et in forme
 se habet p r i scdo accipiat forma: sic ipsa se
 ad substantiam h r i scdo hoc aliquid et qd est.

Iste est terminus tractatus huius libri: i qd pbs
 remouet errores antiquorum circa materiam et
 privationem. Et diuidit i duo capitula. In primo po
 nit primo talis conclusio. Materia e cognoscibilis p
 analogia ad transmutationem: et eo qd nequit e trans
 mutatio sine subor: inspiciedo ergo ad transmutatio
 nem: discurredo qd transmutatio no fit e sine subie
 cto: transfertur qd si est transmutatio: etia e materia. De
 inde remouet errores antiquorum ex pte materie pro
 ueniens: credebant enim antiqui ipas materia e to
 ta substantia rei naturalis: ppter qd dicitur omne g nia
 rones e accidens: et eorum rone erat: qd si aliqd fieri s m
 p l r. vel fieret ex ente vel ex no ente: no ex ente: quia
 tunc sequeretur qd aliqd e ante qd fieret: qd est falsum:
 nec ex no ente: qd ex no ente impossibile est aliqd fie
 ri: cui ens in potentia p r i scdo transmutatione aliqd subie
 ctu. R dicit p b s: qd ex ente in potentia que ad modum e ma
 teria: aliquid fit. sed ex ente in actu coplerio: quod e
 hoc aliquid nichil fit i actu. Et ex isto h r i scdo materia
 est t r i scdo ens in potentia p r i scdo etia qd ex no ente nichil
 fit: suppletur qd ex subiecto qd no ens non fit e subie
 ctu bene fit aliquid t r i scdo ex opposito. Sed qd text.

Materia est t r i scdo
 in potentia

Tangentes quidem igitur.

In isto capitulo philosophus ponit aliquas co
 clusiones ad huc de principijs reru naturaliu.
 Prima: privatio non est omnino extra numerum
 principiorum: nequod probatur quia illud propter
 qd materia appetit formam: non est omnino extra
 numerum principioru rei: sed materia propter pri
 uationem appetit formam: igitur. minor probatur: quia
 materia appetit formam quam habet: vel formam quam
 non habet: non formam quam habet: quia appetit
 est propter indigentiam aliquid non habiti: ergo
 appetit formam quam non habet: et non nisi pro
 pter caritatem eius: igitur. Et si dicatur qd appetit
 formam quam non habet: sed non propter privatio
 nem: arguitur contra hoc: quia tunc appeteret corrup
 tionem forme quam habet: cum forma quam non
 habet: contrarietur forme quam habet. Contraria
 enim mutuo se expellunt. et corruptiua sunt adiu
 uicem contraria: relinquuntur ergo qd materia appe
 tit formam p r i scdo privationem: sicut femina appetit viru.

et turpe pulchritudine. **S**ecunda conclusio quodvis materia sit
 generabilis et corruptibilis per accidens: non est tamen generabilis
 et corruptibilis per se. prima pars patet per privationem que
 in materia corruptibilis. materia est corruptibilis per accidens.
 Secunda pars patet si materia sit per se generabilis: tunc oportet
 tereretur per se subiectum ex quo fieret: sed materia non est
 huiusmodi quia materia est subiectum ex quo omnia alia fiunt:
 et non habet aliud subiectum. Materia enim est subiectum vni-
 cuique primum: ex quo fit aliquid cum insit: et non solum per ac-
 cidens. **E**x quo infertur quod materia est per se incorruptibilis
 et generabilis: quia omne quod corruptibile corruptitur in materia: sed
 si materia corrupteretur: corrupteretur in materia. **S**i
 naturaliter ostenditur quod forma est principium rei naturalis: quod
 est simpliciter est subiectum demonstrat: ex aliquo quod acquiritur
 et alio quoque presertim illud quod acquiritur non est nisi
 si forma: sed forma est principium rei naturalis. Deinde epi-
 logat dicitur: quod ex predictis patet quod sunt principia rerum
 naturalium: et que et quot sunt.

in materia

Veritur septimo vtrum materia sit
 ne omnia forma sit etiam actualis appetibilis
 fore ratione privationis. Arguitur primo quod non habet prius pre-
 quia nulla entitas pure potentialis est etiam actualis:
 sed materia est huiusmodi: minor pars per philosophum in textu di-
 centem: quod materia est ens in pura potentia. dicitur etiam. vij.
 metaphysice: quod materia priora nec est quod dicitur: nec
 quantum. **A**rguitur secundo sic. materia non est ens: igitur. ante per
 batur. quod materia et privatio sunt unum numero: et pri-
 uatio non est ens: igitur. Tertio sic arguitur contra secundam par-
 tem. materia non appetit: sed non appetit formam. ante per
 batur: quod materia non cognoscit. sed non appetit. tenet prima
 quia quod appetit: cognoscit illud quod appetit. Item
 appetere est agere: sed materia non agit: igitur. **Q**uarto
 sic. materia non appetit formam: ergo non appetit formam
 ratione privationis. ante per dupliciter probatur: quia vel appetit
 formam quam actu habet: quam non habet. Non primum
 dicitur est in textu. nec secundum: quod appetitus materie fit
 secundum formam quam habet: sed illa forma forme habende: igitur
 Item materia aliquando est sub forma perfectiori quam po-
 test habere. ergo si tunc appeteret aliam formam: ap-
 peteret suam imperfectionem: igitur. **Q**uinto sic arguitur.
 Privatio et forma contrariantur: sed unum contrarium: ut
 non est ratio appetitus alterius: igitur materia non
 appetit formam per suam privationem. **I**n opposi-
 tum arguitur quo ad primam partem: quod omne corpo-
 mens in se habet aliquam entitatem: est aliquid: sed ma-
 teria est huiusmodi: igitur. **P**ro secunda parte
 est philosophus in textu. In hac questione sicut in ceteris
 erunt tres articuli.

Quamvis ad primum sciendum est primo
 quod circa textum incidunt aliquae difficultates. **P**ri-
 ma est qualiter intelligendum est: quod materia est nisi
 ens in potentia. **P**ro cuius solutione supponitur
 quod aliquid dicitur esse in actu dupliciter. uno modo
 in actu existendi seu entitatis: quod realiter existit
 habet per actum entitatis: seu existendi: nihil aliud
 intelligo quod existentiam rei. **E**t sic illud quod vere
 existit est in actu entitatis: quia materia vere
 existit. ideo dicitur esse in actu entitatis. Secundo
 modo aliquid dicitur esse in actu formali. unde per actum for-
 malem non intelligo nisi formam. ita quod forma est

ipsamet actus formalis. et sic illud dicitur esse in actu for-
 mali: quod est forma: vel quod habet formam. ideo mate-
 ria sine forma non dicitur esse in actu formali: id est
 non dicitur habere formam: nec est ipsa forma. **S**up-
 ponitur secundo: quod aliquid dicitur esse in potentia dupli-
 citer. uno modo in potentia subiectiva. Alio modo
 in potentia obiectiva. unde illud dicitur esse in potentia
 subiectiva: quod est et potest recipere aliquam formam si-
 ue substantialem siue accidentalem: et isto modo mate-
 ria dicitur esse ens in potentia: cum possit recipere for-
 mas tam substantiales quam accidentales. **E**t adverte-
 re quod ad hoc quod aliquid sit in potentia subiectiva: due
 condiciones requiruntur. Prima est quod sit: ideo il-
 la que non sunt sicut antiphras non dicitur esse in po-
 tentia subiectiva. Secunda quod possit aliquid recipere:
 ideo deus non dicitur esse in potentia subiectiva: cum ni-
 hil possit recipere. Sed illud dicitur esse in potentia ob-
 iectiva: quod non est et potest esse. **E**x quo sequitur
 quod due condiciones etiam requiruntur ad hoc quod ali-
 quid sit in potentia obiectiva. Prima quod non sit. id
 est quod existat non sunt in potentia obiectiva. Se-
 cunda quod possit esse. ideo chimera non est in potentia
 obiectiva: quia non potest esse. **H**is suppositis dicitur
 primo: quod materia non dicitur solum ens in poten-
 tia obiectiva: quod materia vere existit immo circum-
 scripta omni forma: materia est vere ens. quia illud
 est vere ens actu: quod est principium intrinsecum
 entis actualis. sed materia est huiusmodi: igitur.
Item materia dicitur esse subiectum vni cuique pri-
 mum. ergo materia est vere ens. **E**t si quis dicat
 si materia esset vere ens actu: sequeretur quod non es-
 set in potentia ad omne actum: quia nihil est in po-
 tentia ad illud quod iam habet. **I**tem sequeretur
 quod generatio cuiuslibet forme: esset alteratio
 quia quelibet forma adveniret enti in actu: cum
 materia sit vere ens actu. **A**d primum dicitur: quod
 materia cum hoc quod est vere ens est in actu existendi:
 est in potentia ad omnem actum formalem id est
 ad omnem formam. **A**d secundum dicitur: quod alteratio
 supponit subiectum in actu completo: puta quod sit ens
 compositum. modo materia non est ens in actu co-
 mpleto. nec etiam forte esset inconueniens circa ma-
 teriam quamvis fieri alterationes.

Sciendum est secundo: quod circa textum in-
 cidit talis difficultas. vtrum materia sit cognosci-
 bilis solum secundum analogiam ad formam seu ad trans-
 mutationem. **P**ro solutione supponitur secundum quod
 dicitur scilicet distinctione. xij. questione. i. secundi in
 solutione cuiusdam argumenti: quod philosophus a principio
 philosophorum movens ad quintum librum loquitur de mo-
 tu cetero capto seu in se: ut se extendit ad motum
 proprie dictum: et a transmutationem. etiam loqui-
 tur in se de materia: puta ut se extendit ad materi-
 am proprie dictam: que est subiectum in transmuta-
 tione substantiali: et ad materiam que est subiectum
 in alteratione. **E**x quo sequitur quod hic loquitur
 de materia. ut habet analogiam seu ordinem ad trans-
 mutationem. ideo dicitur quod materia sic supple acci-
 pra: puta ut habet ordinem ad transmutationem
 non cognoscitur nisi per analogiam ad transmuta-

quod intelligitur quod materia est ens in potentia

ita bene

ita bene

AD TOLLERE
 ABATIS REVINU
 APOKALAPSE

tionem vel formā. Sz ex isto nō sequit quin nō sit
 alto mō scibilis p se r scdm se sicut ignis: et trans-
 mutatur localiter nō pōt cognosci nisi in ordine ad
 locum sibi nō vult ergo phi. negare q materia nō sit co-
 gnoscibilis p se r scdm se sicut vere ens. sz solū vult
 hēre q materia q hz ordinē ad trāsmutationē nō
 pōt cognosci sine trāsmutatione: r est talis mod⁹ co-
 gnoscendi videm⁹ em̄ vna formā nouā post aliam:
 qz vitem⁹ nouā opationē q arguit formā et scimus
 q subiectū in trāsmutatione debet manere. ideo p
 trāsmutationem arguimus materiam.

Sciendum est tertio q circa textum inci-
 dit alique difficultates. Prima: an in materia sint
 pōtēte dimēssiones interminatē hūentēs ipsi ma-
 terie: ante aduētū cuiuslibz forme. Ad quā dicitur
 q sic. Et si qd dicat: ptra: qz ante aduētū cuiuslibz for-
 me materia est sine dimēssionib⁹: cum dimēssiones
 nō sint nisi quātitates et forme accidentales. rñdeo:
 q p dimēssiones interminatas ego nō itelligo aliq
 formā adueniētē ipsi materie neqz substantiale neqz
 accidētale. iō argumētū nō valet. sz p dimēssiones
 interminatas ego itelligo pres substantiales ipsius
 materie. ex quib⁹ ipsa materia interminat et cōponit:
 mō antequā materia recipiat aliquā formam siue
 substantiale siue accidentalē oportet q primo com-
 ponatur ex talibus partib⁹. Ex quo sequit q ante
 aduētū cuiuslibz forme sūt pōtēte dimēssiones in-
 terminate in materia. i. pres integrantes ipsam ma-
 teriā. Secda difficultas: an hē pōtēte sint vere: me-
 dico p se sanaret nō p se edificat. Rñdeo q medi-
 cus dicit p se sanare: et p accūs edificare ad hūc sensū:
 q hec ē p se medicus sanare. et hec p accūs medic⁹
 edificat. et nō capit hic ppō p se: ut capiebat in pri-
 mo posterior: sz capit hic ppō p se pilla pōtēte: cu-
 ius subiectū iporat aliquid necessario requisitum
 ad actionē vel passionē p dicitur: vt cū dicitur edificator
 edificat: medicus p se sanaret p oppositū dicit pro-
 positū p accūs: cui⁹ subiectū iporat aliquid qd ē
 iprines ad actionē vel passionē p dicitur: vt cū dicit
 medicus edificat. et p hoc satis p: q hec est conce-
 denda medicus in quātū medic⁹ sanare. et hoc maxi-
 me capiēdo ly in quātū specificatū. Tertia diffi-
 cultas: vtrū materia sit generabilis et corruptibili-
 lis. Pro cui⁹ solutione supponitur: q aliqd dici-
 tur generabile et corruptibile duplr. vno mō termi-
 native seu obiective: qd modū ē illud qd in gñati-
 one acqrit: cuiusmodi ē forma vel torsū cōpositū. et
 isto mō materia ē ingenerabilis et icorruptibilis:
 q nō pōt acqri p gñationē cū ipsa p supponat in q-
 libet gñatione: et remanet in qualibet corruptione.
 Alio mō aliqd dicitur generabile et corruptibile subie-
 ctive: qz ē subiectū gñationis et corruptionis. et sic
 materia dicitur bñ gñabilis et corruptibilis. i. est subie-
 ctū susceptiuum forme in gñatione et corruptione

Sciendum est quarto qd circa textum
 incidit alia difficultas: vtrū materia appetat formā
 ppter priuationē. Pro cui⁹ solutione supponit: q
 triplex ē appetit⁹: scz naturalis: sensitiv⁹ seu animalis
 et intellectiv⁹. vñ naturalis appetit⁹ nō ē nisi icli-
 natio ad cui⁹ rei: q iclinat ad suū bonū: et iste appē-
 titus nō p supponit cognitionē illius ad qd fertur.

appetens. vñ lapis appetit descēdere deorsū. ignis
 ascēdere sursum: et tñ nō opz q lapis cognoscat talē
 descēdē: neqz ignis talē ascēdē. vñ lapidē appetere
 descēdere deorsū: nō est aliud q ipm iclinari ad
 talem descēsum: r sicut dicat in alijs: et iste appē-
 titus naturalis sp ē idē realiter cū illo cui⁹ appē-
 titus: qz nō ē nisi iclinatio ipsi rei ad suū bonum:
 mō iclinatio rei nō ē aliud q illud cui⁹ ē iclinatio:
 r tali appetitu materia dicitur appetere formā: qd
 nō ē aliud q materia iclinari ad recipiendū formā.
 Et aduerte q iste appetit⁹ naturalis ē duplex: qdaz
 est respectu boni futuri: r iste vocat appetit⁹ desider-
 riū. r isto mō materia appetit formā quā nō hz: ali⁹
 est appetit⁹ delectationis voluntatis seu cōplacē-
 tię. r isto mō appetit res pñe: et etiā isto mō materia
 appetit formā quā hz. ¶ Ex quo sequit q materia
 alio mō appetit formā quā hz: r formā quā nō hz:
 qz formā quā hz appetit appetitu delectationis et
 complacētię. sz formam quā nō hz appetit appē-
 titu desiderij. r de isto itelligit phi. cum dicit in textu:
 q materia appetit formā ppter priuationē: qz ma-
 teria appetit formam quā caret appetitu desiderij.
 sic vñ q non appeteret tali appetitu: nisi careret ea,
 iō dicitur q appetit ppter priuationē. ¶ Ex isto se-
 quit q appetitus materie quo appetit formam: nō
 est alia res ab ipsa materia: cum non sit nisi iclina-
 tio ipsius materie. Sz appetitus intellectiv⁹ est qui
 fertur in aliquid mediāte cognitione intellectiva.
 r iste vocat voluntas: iō est ipamet voluntas. vñ deo
 voluntas nunq fertur in aliquid: id est nunq vult
 aliquid: nisi illud sit p cognitum. Sed appetit⁹ sensiti-
 uis seu animalis est qui fertur in aliquid mediā-
 te cognitione sensitiva. r de tali dico: q cui⁹ poten-
 te cognitivē corripdet potentia appetitiua: q vocat
 appetitus sensitiv⁹ vel intellectiv⁹: r tali appetitu
 materia non appetit formā: qz talis nō sit nisi meqz
 ante cognitionem: mō materia nihil cognoscat. ¶ De
 co finaliter: q quilibet talis appetit⁹ hz appetitum
 naturalē cū quibz talis iclinet ad suū bonū: q icli-
 natio ē ipse appetit⁹ naturalis. r sic p q voluntas que
 dicitur appetitus intellectiv⁹: hz appetitū naturalem: q
 nihil aliud est q iclinatio ipsius voluntatis ad suū
 bonum. Et hec de primo articulo.

Quantum ad scdm dubitatur pto: vtrū
 p aliquā potentiā materia possit eē sine forma. Et
 videt q nō. quia qñ aliqua sunt magis vñ magis
 sūt inseparabiles: sz materia r forma sūt magis vñ
 q subiectum r passio q sūt oīnō inseparabiles: qz
 mīnor pba: qz ex materia r forma fit p se vñ non
 aut ex subiecto r passione. ¶ Secdo sic. icorruptibile est
 creaturā eē sine respectu creationis ad desī creatiōis:
 sz talis respectus qui vocat creaturā passiva est for-
 magis. Tercio sic. cui⁹ fieri iplicat contradictionem
 nō ē p aliquā potentiā possibile: sz materiā esse sine
 forma iplicat p dictionē: qz mīor p: qz materia est
 in pura potētia: qz est actu separata a forma ipmō
 est in pura potētia: cū ipsa actu est: r p qñ esset in
 pura potētia. r nō est in pura potētia. Querto sic.
 qz datus duab⁹ materijs sepatis a suis formis: ad
 huc dualitas q ē qda forma ab illis distincta: effect
 i ipsi: q si materia sit separata a forma adhuc hēbit for-

appetitus naturalis et complexus.

appetitus intellectus

appetitus sensitivus

omnino et omnia

Triplex ē appetitus. scz naturalis. sensitivus seu animalis. et intellectivus

¶

Liber secundus

ma. It. Et circumscrip̄ta materia a forma: vel ē eadem
cū deo, vel distincta. si distincta: ḡ in ea ē distinctio q̄ ē
q̄dā forma. ¶ In oppositū ē sc̄o^o distinctio, r̄ij. sc̄o^o
q̄stioe sc̄da dicit̄, q̄ nō ē contradictio materiā esse si-
ne forma q̄cūq; siue substantiāli siue accidentali. et hoc
p̄bat multiplici. p̄tio sic. q̄cūq; contingenter se h̄z ad
aliq̄d p̄t eē sine illo: s̄ materia contingenter se h̄z ad
formā: q̄ q̄ contingenter se h̄z ad q̄libz cūct̄ gene-
re: contingenter se h̄z ad quāz formā: igit̄ materia se
h̄z contingenter ad totū genus forme. Item nō magis
repugnat materiā eē sine forma: q̄ subiectū eē sine
acc̄t̄: s̄z p̄t̄m̄ nō implicat: ḡ neq; sc̄o^o. ¶ Secūdo
sc̄o^o. q̄ aut forma substantiāli xpi fuit sepata a ma-
teria in morte ei⁹ aut nō. Ad p̄t̄ dicit q̄ nō: q̄ tunc
